

Universitätsbibliothek Paderborn

Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,
doctrina excutitur, scripta recensentur

Origenes

Rothomagi, 1668

I. Vtrum Christum & B. Mariam Virginem purgatione post partum opus
habuisse Origenes existima verit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-25059

64
furectionem Christum; aliquibus fortasse argumentis accusationem suam utcunque con- A
firmasset; eo, puta, quod ex affecta Origeni sententia depositi in Sole Christi corporis &
humanitatis peri poterat.

Verum in Origenianarum lucubrationum reliquis manifesta alterutrius hærefoe ve-
stigia nisquam reperi. Itaque vel ex ipsius dictis tale aliquid consequi crediderunt ejus ad-
versarij, vel in ijs exstabat Operibus qua veritate abolita sunt. Quemadmodum autem
nullus suppetit Origenis locus, unde accusationi huic fides fieri possit; ita vix ullus extat,
unde facile dilui illi possit. Nonnulla quidem coegerit Halloxius, sed infirma & levia, & ad
rem parum apposita, qualis est solemnis illa Homiliarum Origenis clausula: *Domino Iesu
Christo, cui ei gloria & imperium in secula seculorum.* Scripterat enim Graece Origenes: *ei Cu
dicitur Apollonius.* At vocibus illis non unam esse significationem, nec semper aeternitatem
fine carentem notari infra probabimus. B

Ac Theophilus quidem nescire se dicit unde insaniam ejusmodi Origenes hauserit.
Ego vero liquido jurare possum haec Apostoli quæ leguntur 1. Cor. 15. 24, & seq. per-
peram accepta, caussam Origeni erroris hujus dedisse, si modo ei adhaesit; nam & in eam-
dem inde sententiam impulsi sunt Marcellus, & popularis ejus Photinus; & alterius quo-
que confingendi dogmatis ab Ecclesiæ decretis abfonni caussam inde Origenes arripuit, ut
in sequentibus observabimus. Verum frustra id queri à nobis, & labis hujus expertem fuis-
se Origenem coniucere possumus ex Cyrilli Hierosolymitani Catechesi XV, qui hæresim
illam in Marcello & Photino ulciscens recens illam exortam dicit, *ορθοτατης αναπονησιον,*
quod utique non dixisset, si jam inde fuisse ab Origenis temporibus propagata. Reliquam
adversus id commentum Theophili dissertationem pratermitto, quæ maledictis tantum
pugnat, nec quicquam profert feria responsione dignum. C

QVÆSTIO QVARTA.

DE B. MARIA VIRGINE.

I. *Vtrum Christum & B. Mariam Virginem purgatione post partum opus habuisse Ori- D
genes existimat.* II. *Vtrum claustrum virginitatis B. Mariae in partu referatum opi-
natus sit.* III. *Vtrum B. Mariam peccata obnoxiam putaverit.*

I. **G**EMINAM, eoque amplius, unica Homilia, quæ numero decima quarta est
in Lucam, reprehendendi sui causam dedit Origenes: priorem, quum Chri-
stum asceruit & Mariam purgatione post partum opus habuisse; alteram, quum
apertum fuisse claustrum virginitatis B. Mariae in partu docuit. Verumque suo ordine ven-
tilabimus; & nunc quidem de priore. Origenes Luca caput 2. interpretans, in hac verba
versus 22. *νε την ιδεόντας αι γυναι το εργαζομένην ήτην, ηγέτης μαρτίων,* sic perorat:
Propter purgationem, iaguit, eorum. Quorum, eorum? si scriptum esset propter purgationem ejus, id est
*Maria, q. e pepererat, nibil questionis oriretur, & audacter diceremus Mariam, qua homo erat, purga- E
tione indiguisse post partum. Nunc vero in eo quod ait, dies purgationis eorum, non videtur unum signi-
ficare, sed alterum, & plures. Legerat nempe, uti nunc quoque legitur, την ουσιαν την πρώτην.*
quam lectionem Interpretationem Syriaca, Æthiopica, & Persica, & Patres aliquot, ac
codices bene multi tuentur. Alij, neque pauci habent *ānd*, sed legendum omnino *κοντάς*,
juxta Vulgam, & Arabicam Interpretationem Erpenianæ editionis. Vni siquidem puer-
pera purgationem huius adhibitat, non etiam infanti constat ex Levit. 2. Corrupta itaque
vocis illius *ωτῆς* lectori Origeni fucum fecit, & Christum itidem *ωτῆς* Mariam purificatione
opus habuisse persuasit. Christo itaque ut reliquis hominibus applicabat dictum Iobi, *N-
eminem esse mandatum à sorde: ne si unius quidem dici facias vita epi.* Sordes autem à peccato hic
distinxit, atq; fordescere animam putavit, cum mortale subit corpus è vili & fordida con-
cretum materia; ac sepe proinde inquinante Christi animam cum corpus in muliebris uteri
angustijs delitescens sibi adjunxit. Sic ille in eadem Homilia: *Vnde & Salvator loquitur: Ego
sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abjectio plebis.* Videbat in matre, utero immundi-
tiam corporam, visceribus ejus hinc inde vallatus, tertens facis patiebatur angustias: unde assimilat se
verni & dicit: *Ego sum vermis, & non homo.*

At Tertullianus libro De carne Christi, cap. 4. & libr. 3. contra Marcion. cap. 11. de Do-
mini nostri corporatione agens, pejora etiam deblaterat, nam præter spurcias genitalium
in utero elementorum, humoris & sanguinis, fæda coagula carnis ex eodem cæno attende per novem men-
ses; partus quoque in mandib. & padenda tormenta, & ipsius exinde pauperij spurcos, anxios, ludicos
exitus fingit. Quæ ab Hæreticis objecta neutiquam ipse diffitebatur, sed Deo indigna esse
negabat, contra Marcionistas. Sanctam

A Sanctam vero Virginem cum more aliarum foeminarum per vulvæ reserationem Christum enixam esse sibi Origenes fixerit, ut mox disputabimus, credi quoque posset profusam ab ea, itidem ut ab aliis, partus colluviem existimatæ, unde minime mirum foret purgandam quoque fuisse ipsum aseverasse: sed omnino istud, nisi mea sefellit diligentia, in Origenem expressum non est. Sui ergo ei sufficiunt errores, nec alieni temere huic affingendi sunt. Hanc potius Sixti Senensis Annotationem, quæ libr. 6. Biblioth. ^{Annot. 136.} intexta est, admittamus: *Intelligit fortasse Origenes, non de purgatione ab immunditia & sordibus partus, quibus nulli dubium est Mariam non fuisse obnoxiam, sed de ritibus, & ceremonijs, quibus Moy-ses pueras lustriari iussit: has necesse erat servari à matre illius, qui Legem impleturus venerat, non destruturus.* Illud ex eo confirmatur, quod Homil. 8. in Levit. scribit Origenes eas solum B mulieres in pariendo esse immundas, quæ semine admiso concipiunt, & pariunt; quæ vero semine neutiquam suscepto peperit, eam vero immundam non esse. Quorum ea germana sunt, quæ representant Catena ex Origene in Levit. 12. 2. γεννηθεῖσα πόδης καὶ τοῦ αρτοῦ παρέλαβε δόξεων ἐπιστροφὴν, τεθραυσμὸν τε· Εἰ τινὲς αὐτοῖς ἀποτίνουσιν τούτην τὴν παρέλαβεν, μὴ νομίσῃ αἰρεθῆναι. Οὐ γε θραυσμὰ τούτην, εἴρηντο δέοντα τούτην. Addamus denique insignem locum ex Homil. 12. in Levit. quo generationis Christi & virginalis Mariæ corporis mundinitas disertissime prædicatur: *Omnis qui ingreditur hunc mundum in quadam contaminatione effici dicitur. Propter quod & Scriptura dicit: Nemo mundus à sorde, ne si unius dici fuerit vita eius. Hoc ipso ergo quod in vulva matris est positus, & quod materiam corporis ab origine paterni seminis sumit, in parte & in matre contaminatus C dici potest. Aut nesciis quia cum quadragesita dierum factus fuerit puer masculus, offertor ad altare, ut ibi parificetur, tanguam qui pollutus fuerit in ipsa conceptione, vel paterni seminis, vel uteri materni?* Omnis ergo homo in parte & in matre pollutus est; solus vero Iesus Dominus meus in hac generatione mundus ingressus est, in matre non est pollutus: ingressus est enim corpus uncontaminatum. Ipse enim erat qui & dudum per Salomonem dixerat: *Magnus autem cum esset bonus, veni ad corpus incoquinatum. Non est ergo contaminatus in matre; sed ne in parte quidem: nihil enim Ioseph in generatione eius præter ministerium præstiterit & affectum.*

Sic autem de sacrō Mariæ puerperio sententia Catholica Ecclesia antiquorū Patrū dogmatis imbuta, etiā *uterus de die in dies infolesceret* (placet enim Tertulliani verba, repudiata licet ipsius sententia, retinere) gravem tamen, anxiam, incertum libidinibus fastidij & gula neutri- ^{Tertull. De carn. Christi cap. 4.} D quam fuisse; foras vero *infantem non cum suis impedimentis profusum & oblitum*, quemadmo- dum aliis omnibus puerperis solet contingere, sed absque ullis inquinamentis & sordibus prodiisse. Quamobrem Canone 79 Synodi Quinifexæ abrogatur consuetudo à nonnullis obseruari solita illis temporibus, similare coquendi post diem Nativitatis Christi, & eam sibi invicem impertiendi, *honoris scilicet pretextu secundinarum impollute Virginis matris: rationem reddit Synodus, esse quippe ἀρχέστον τὸ εἰς τὸ παρθένον θεον τόνον, τὸς Εὐαγγελικού σταυροῦ Secundinis carentem Virginis divinum partum, ut qui semine caruerit.*

E II. Alia quoque, ac gravior criminatio ex his ejusdem Homiliarum verbis oritur: *Quem- cumque de utero effusum matem diceris, non sic aperit vulvam matris sue, ut Dominus Iesus; quia om-nium mulierum non partus infantis, sed viri cotius vulvam referat. Matris vero Domini eo tempore vulva referata est, quo & partus editus, quia sanctum uterum, & omni dignatione venerationis vene-randum ante Nativitatem Christi masculum omnino non teigit.* Per reserationem vulvæ Christum edidit censet. Par est Tertulliani cœpitatio in libro De carne Christi, cap. 23. ibi quippe B. Mariam virginitatem decus (integritatis nempe cuiusdam corporis, quæ virginibus inesse solet, & primo viri congressu obteritur ac violatur) reserata in partu vulva amissile docet. Post alia vero sic differit: *Omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum vocabitur Domino. Quis vere sanctus, quam Dei Filius? Quis propriæ vulvam adaperit, quam qui clausam patefecit? Ce- terum omnibus nuptie patefaciunt. Itaque magis patefacta est, quia magis erat clausa. Vixque magis non virgo dicenda est quam virgo, salvo quodam mater antequam nupta. Et quid ultra de hoc retrahendum est? cum hac ratione Apostolus non ex Virgine, sed ex muliere edidit Filium Dei pronuntiavit, agnouit F adaperire vulve nuptiale passionem.* Eamdem postmodum opinionem amplexus est Iovinianus Hæreticus, & eam hodieque tenuerit Heterodoxi nostræ, uterum virginicum Christo transiunti reseratum quidem, patens iter præbuuisse docentes, sed mox divulsas partes Dei nutu prælinas reperiisse sedes, & in unum coaliuisse. Nec multum hinc abudit Durandus à sancto Porciano, inviolatum quidem perseverasse virginitatis sigillum definiens, sed amplificatos meatus viam patefecisse.

Origeniana sententiæ contraria decernuntur in prima Homiliarum in diversos, quæ auctore non habere Origenem vel hinc potest existimari. Sic illa: *Quemadmodum Da-nielis intra lacum Leonum inclusio, clausis non aperitis allatum est prandium ab Abacuc; ita & hec Virgo sancta genuit Deum, sed intacta permanxit; mater effecta est, sed virginitatem non amisit; genuit infans, & ut dictum est, Virgo permanxit; mater Filij facta est, & castitatis sigillum non perdidit,*